

fatori respondere statui. Pergo itaq; ad illa quæ ipse gessi. Nec tamen quisq; putet me ab accusatiõe  
 ipsa sermonẽ distrahere: si in res græcorũ incidero. Nam qui eam prosequitur: in qua scriptum fuit  
 me uerbõ & opere benefacere: is necessitatem mihi imponit: huiusmodi res a me gestas referẽdi. De  
 inde quum multæ sint partes: & quasi mēbra reipu. ego eam partem mihi assumpsi: quæ ad res græco  
 rum pertinebat: quare ex eis ipsis probationes me facere conuenit. Quæ igitur philippus anteq; ego  
 ad rempublicam me conferrem occuparat: omitto. Nihil enim id ad me spectare arbitror. Quæ ue  
 ro ex quo die in hoc loco constitutus sum: prohibitus est: hæc ego referam & eorum rationem red  
 dam: hoc tamen præmisso. Magnum adiumentum uiri athenienses tēporum cõditio philippo attu  
 lit. Non enim apud hos uel illos: sed per uniuersam simul græciam: tanta proditorum ac malorum  
 hominum copia hoc tempore fuit: quanta nemo unquã prius recordatur fuisse: quibus fautoribus  
 & ministris usus philippus: græciæ populos iam antea haud quaquã adinuicẽ pacatos nec tranquil  
 los: etiam magis turbauit & hos decipiendo: illis donando: quosdam uero penitus corrumpendo ã  
 multas partes discidit: quum una cunctorum eẽt utilitas: obstare scilicet ne ille magnus fieret. In hoc  
 itaq; statu rerum: atq; in hac ignoratione nascentis atq; crescentis græcorum omniũ cladis: consi  
 derandũ a uobis ẽ uiri athenienses: quid hæc ciuitas facere quidue eligere debuit ac huiusce delibe  
 rationis a me ratio postulanda. Nam ego has partes reipu. mihi assumpseram gerendas. Vtrum de  
 beat Aeschines dignitate sua ommissa: instar thassalorum atq; delopũ philippo auxiliũ præstare ad  
 græciam subigendam? & sic maiorum res gestas gloriamq; perimere: an uero hoc quidem non face  
 re. nam nimis id certe graue: sed quæ uentura cernebat: si nemo prohiberet hæc qualiacunq; forent  
 negligere? At equidem ab eo qui maxime consilium tunc sumptum repræhendit: libenter nunc pe  
 terem: cuius partis uellet hanc ciuitatem fuisse. Vtrum eius quæ philippo coniuncta p̄sentium ma  
 lorum causa fuit? cuius partis thessali & eorum cõplices dici possunt? An eius quæ ppriæ cõmodita  
 tis spe neglexit hæc euentura: ã qua archades Messenios & argiuos poneremus? At horum pluriq;  
 immo uero omnes grauiora quã uos p̄pessi sunt. Etenim si simul atq; uicerat philippus: e uestigio  
 abisset & postea quietem egisset: nulli nec sociorum nec cæterorum molestus: tamen esset aduersus  
 eos qui se illi non opposuerunt: quærela quædam atq; rephensio. Sin pariter omnibus dignitatem:  
 imperium libertatem ademit: ciuitates etiam quantum potuit destruxisset: cur non optimum a no  
 bis consilium sumptum fuisse me auctore atq; adhortatore cõfitendũ ẽ? Sed illuc redeo. Quid hũc  
 populum aeschines facere decuit: quum cernebat philippum: dominationem atq; tyrannidem sibi in  
 grecia cõparantem? aut quid me ciuem & consultorem athenis. nam id quidem plurimũ refert de  
 cernere? qui sciebam ex omni tempore usq; ad illam diem: in qua ego suggestum ascendi: semp de  
 p̄ncipatu: de honore: de gloria patriam certauisse: pluresq; & uiros: & pecunias consumpsisse pro di  
 gnitate & cõmuni græcorum utilitate: q̄ reliqui omnes græci pro seipsis consumpsierint. Videbam  
 insuper philippum ipsum: cum quo nobis erat certamen pro dominatu atq; potentia oculo altero  
 perosso: fracto humero: manu atq; crure debilitatis: quacunq; corporis partem abiicere libenter pa  
 ratum: ut reliquũ tēpus cum honore atq; gloria uiueret. Atqui nemo unquã dicere auderet: huic  
 quidem in pelle loco tunc ignobili ac paruo educato: tantam magnitudinem animi conuenisse: ut  
 græcorum dominatum affectaret & hoc in mente sua poneret. Vobis autem atheniẽsibus qui quo  
 tidie in cũctis sermonibus: cunclisq; spectaculis monumenta uirtutis maiorum uestrorum intueret  
 mini: tantam ignauiam adesse debuisse: ut græciæ libertatem sponte uestra philippo abiiceretis. Ne  
 mo certe ista diceret. Reliquum erat ergo omnibus quæ contra uos ille per iniuriam faciebat: iuste re  
 pugnare. Hoc uos quidem ab initio recte atq; ordine fecistis. Ego autem dum in repu. uersarer: hoc  
 idem suasi: fateor id quidem. Sed quid oportebat me facere: iam enim abs te peto cætera omittens  
 Amphipolim: Pyduam: Potydeam: Almusiam omnium horum obliuiscor: Ferrium: atq; Doriscũ:  
 & Perarithi direptionem: ac alias huiusmodi iniurias prætereo: nec si unquã fuerint scio. Quãquam  
 tu modo asseruisti me ista dicentem hos in bellum coniecisse: cum Euboli & Aristophontis & Dio  
 pitis sint ista decreta non mea. O quẽcunq; cupis faciliter asserens: nec tamen in præsentia de his  
 loquar: sed qui Euboiã occupata: oppugnaculum aduersus Athicã instituerat: qui Megaram tẽ  
 tarat: qui Oreon occupauerat: qui Porthinum diruerat: qui in Oreo philistidem: in Eretria Clytar  
 chum tyrannos posuerat: qui Hellsontum tentarat: qui Bizancium obsederat: qui urbes græciæ  
 alias euertebat: in aliis exules reducebat. Vtrum quum ista faceret iusiurandum contemnebat & pa  
 cem rumpebat: an non? Et utrum hoc prohibere quenquã græcorum oportuit: an nõ? Si nullũ opor  
 tuit: sed miserorum (ut aiunt) præda fuit græcia concedenda uiuis atheniẽsibus atq; extãtib; su  
 peruacua fuerunt meæ curæ: superuacua etiam ciuitatis opera: quæ mihi assensa est. Omnia hæc  
 meæ culpæ: atq; meo errori ascribantur. Sin autem oportuit quẽquã his se opponere: quẽ aliũ quã  
 atheniẽsium populum magis decebat? Horum igitur ego tunc auctor fui: & aduersus illius impe  
 tum: quo cunclis mortales in seruitutem rapiebat: ipse restiti: semper admonens: atq; obrestans

obliuiscor  
 (fino qui)